



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XL. Ad Theodosium. Quam vellem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

nos in die iudicii), super quorum iram non un-
 dici, sed tantorum annorum sol testis occubuit
Matt. 5. Dominus loquitur in Evangelio: Si offers munus
 tuum ad altare, ibique recordatus fueris, quia frater
 tuus habet aliquid adversum te, relinque
 munus tuum ante altare, & vade reconciliari
 prius fratri tuo, & sic offeres munus tuum ad
 altare. Væ mihi misero, ne dicam tibi, qui tantum
 tempore aut non obtulimus munus ad altare, ac
 irâ permanente sine causa obtulimus. Quomodo
Matt. 6. in quotidiana prece unquam diximus: Dimittite
 nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debita
 debitoribus nostris, animo discordante cum verbis, &
 ratione dissidente tum factis? Precor itaque, quod
 & ante annum prioribus literis rogaveram, ut pe-
 cem, quam Dominus nobis reliquit, habeamus. Et
Joan. 14. meum desiderium, & tuam mentem Christus in-
 tueatur. In brevi ante tribunal ejus reconciliari
 seu scissa concordia, aut præmium recuperabit
 aut poenam. Quod situm quod procul ablit, nolueris,
 liber ego ero: epistola me hæc mea cum lecta
 fuerit, absolvet.

*XL. Hieronymus Theodosio & ceteris Anachoritis
 Apparet scriptam hanc fuisse, cum primum ad-
 iisset eremum, & varia ejus vita in-
 commoda experiretur.*

QUAM vellem nunc vestro interesse conven-
 tui, & admirandum consortium, licet illi
 oculi non mereantur aspiciere, tota cum exulta-
 tione complecti. Spectarem desertum omni amoenius
 civitate: viderem desolata ab accolis loca
 quasi ad quoddam paradisi instar Sanctorum con-
 tibus

tibus obsideri. Verùm quia hoc mea fecerit delicta, ne consortio Beatorum infereretur obsessum omni crimine caput, idcirco obsecro (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me existius sæculi tenebris vestro liberetis oratu. Et ut antea dixeram præfens, & nunc per literas votum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id studium cupiditate rapiatur. Nunc vestrum est, ut voluntatem sequatur effectus: meum est, ut velim: obsecrationum vestrarum est, ut quod velim & possim. Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrans ovis: quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit, lababunt gressus, & in ipso conamine vestigia concident assurgentis. Ego sum ille prodigus filius, qui omniam quam mihi pater crediderat, portione profusam, necdum me ad genitoris genua submisit: necdum coepi prioris à me luxuriæ blandimenta depellere. Et quia paululum non tam desivi à vitijis, quam coepi velle desinere, nunc me novis diabolus ligat retibus, nunc nova impedimenta proponens, maria undique circumdat, & undique pontum: nunc in medio constitutus elemento, nec regredi valeo, nec progredi possum. Superest, ut oratu vestro sancti Spiritus aura me provehat, & ad portum optati litoris prosequatur.

*Humilis
confessio,*

Matt. 18.

Luc. 15.

XLl. Hieronymus Marcella. Per jocum piè interpretatur Xeniola missa sibi, tum Paula, & hujus filia à Marcella.

VT absentiam corporum spiritus confabulatione solemur, facit unusquisque quod prævalet.

D 5

valet.